

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Gravamina sacri Romani Imperii principum ac procerum**

**[S.l., Mainz], 1523**

Vt ob missas cantandas et legendas, pecuniam exigant

[urn:nbn:de:bsz:31-114121](#)

rationis, ut uocant, seu alio quopiam iure, subditae sunt:  
quas & si ipsi iuxta canonum constitutiones, per se pro-  
uidere teneantur, ubi alijs elocant gubernandas, beneficio  
ruin docem, ac decimas, plerunq; itbi ipsis reseruant: & p-  
tereatam enoribus, absentiarum pensionibus grauans,  
atq; onerant, ut conductiti*j* isti parrochi, eorumq; uicarij,  
viceplebani, faceillani, coadiutores, cæteriq; conductarum  
ecclesiarum administratores, competentem sustentatione  
decentiacq; alimenta inde habere nequeant: quo fit, (nam  
unde conducticij isti pastores & mercenarij, uiuant, habe-  
ant, oportet.) ut illicius exactiōibus, locatas sibi ouicu-  
las, misere deprædent, dilanient, omnemq; substantiam tā  
tum non absument. Postquam enim altaris, baptisiq; fa-  
cramenta administranda sunt, Primus, Septimus, Trice-  
simus, Anniversarij*s*q; dies peragendus, auricularis cō-  
fessio audienda, mortui sepeliendi: & quicquid deniq; re-  
liquum est, quod ad uitæ functorum ceremonias obserua-  
das operæ precium arbitrantur, id gratuito faciunt nequa-  
quam, sed tantum exigunt, extorquent, exugunt, quantū  
misera plebecula, uel cum summo suo dispendio præstare  
difficiliter potest, talesq; exactiones usq; ad summum indi-  
es augent, atq; accumulant: nōn unquam quoq; excomu-  
nicationis fulmine ad soluendum adīgunt: plerosq; etiam  
quibus per inopiam non licet ad celebranda uita functis  
obsequia, anniversarios, & alias eius farinæ ceremonias,  
compellere conantur.

VT OB MISSAS CANTANDAS ET  
legendas, pecuniam exigant.

**N**E<sup>q</sup>; hoc præteriri potest, quum non minimū sit, quo  
Germani præmātur, quod sacerdotes, unius diei mis-  
fas, ad quas alias fundationis, seu annuæ recordationis iu-  
re celebrandas obligantur, non semel, sed quater, quinqui-  
es, pluriue uenundant: unaq; missa, duobus, tribus, aut  
pluribus Ecclesiasticis beneficijs satisfacere præsumunt.  
**QVO**